



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **De Collegiis Canonicoꝝ Per Germaniam, Belgivm, Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Capvt. III. Treverensis Vrbis Collegia Canonicoꝝ in Germania.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

IO DE CANONICORVM

in cuius tumulo hi versus leguntur.

*Sexcenti deni, bis ter sex millia, seni,*

*Libati Christo, templo venerantur in isto.*

IX. S. Ioannis collegium & templum, quod vetustate deformatum, nostra ætate renouauit eius Decanus *Stephanus VVeberus* suffraganeus Moguntinus. Huc Sacrorum causa suo cõ templo euerso confugerunt Sancti Victoris Canonici.

X. *Sancti Gangolphi* Collegium & templum, quod *Ruperti XVI.* Archiepiscopi temporibus excitatum est, nostra verò ætate à *Daniele* Archiepiscopo insigniter constructum, nouo cœpit nomine appellari *Templum arcis.*

De his Moguntinis collegijs plura qui uolet, Nicolaum Serarium Societatis Iesu Theologum consulat in libris rerum Moguntinarum.

CAPVT. III.

TREVERENSIS VRBIS COLLEGIA  
*Canonicorum in Germania.*

**T**Reuerorum vrbs antiquissima, pro veteri quidem magnitudine, nunc ambitu mœnium mediocri, quinque tamen parochiales basilicas, nempe Sanctorum *Laurentij, Gangulphi, Pauli, Antonij, & Gerasi* complectitur: præterea templum Metropolitanũ

*S. Pe-*

*S. Petro* dicatum, item *Diua Virginis* ædem e-  
ximiam, & *S. Simeonis* peruetustam Basilicam,  
quæ totidem collegia sunt Canonorum.  
Sunt insuper in vrbe, præter *D. Martini* Ab-  
batiam *Benedictinorum*, quatuor *Ordinum*  
*Mendicantium*, *Augustinensium*, *Carmelita-*  
*rum*, *Prædicatorum*, & *Franciscanorū* con-  
uentus: Adhæc *Teutonicorum* & *Ioanni-*  
*tarum* Aedes amplissimæ cū Basilicis, itemq;  
collegium *Societatis Iesu*. Muliebris verò se-  
xus, intra & extra urbem, monasteria sunt  
varia, in quibus eminet, quod *Horreum* vul-  
gò nuncupatur. In suburbano sunt tres Abba-  
tiæ præclaræ, videlicet *Sancti Maximini*, *Sancti*  
*Matthie*, & *S. Mariæ ad Martyres*, vbi olim Ca-  
pitolium fuit: item Claustrum amplissimum  
*Carthusianorum*, & insignis Ecclesia colledi-  
gata *S. Paulini*.

## CAPVT IV.

B. MARIAE TVNGRENSE COLLE-  
gium in diœcesi Leodiensi.

**T**Vngri veteres sunt Galliæ Belgicæ po-  
puli, Tacito, alijsq; scriptoribus anti-  
quis noti, quorum hodieque opidum vulgò  
*Tongerem* nuncupatum, exstat tertio à Leodio  
milliari. In hoc opido sedes fuit olim Episco-  
palis, quæ postea *Traiecti ad Mosã*, ac demum  
*Leodij* fuit collocata, vbi hodieq; perstat.

Tungren-